

Rsp.

Respondeo hanc rationem esse veram quo ad susceptuum, secundum suam potentiam receptuam naturalem, non tamen obedientiam; sicut ceteris paribus, licet exhausta sit potentia naturalis ipsius aqua lauando corpora, non definit propterea extendi aqua ad lauandas animas per potentiam obedientiam; item natura humana habet potentiam naturalem ad suppositum creatum, non definit tamen habere obedientiam ad suppositum in creatum.

Obijc. tertio.

Obijcit deinde: Nulla forma substantialis potest aduenire praexistenti subsistenti: sed omnis forma substantialis adueniens materia informata aliquam formam substantiali, aduenit praexistenti subsistenti, ergo nulla forma substantialis potest aduenire materia informata aliquam formam substantiali. Minor patet, maior probatur: Illud quod constituit ens per se subsistenti, non potest aduenire praexistenti subsistenti, omnis autem forma substantialis constituit ens per se subsistenti. Confirmatur: quod sequitur esse substantialie rei, non potest esse de essentia rei; sed forma substantialis adueniens ens per se subsistenti sequitur esse substantialie rei, ergo est ipsi accidentis.

Rsp.

Respondeo hoc totum argumentum supponere, quod dicamus ex forma adueniente, & formâ iam praexistente fieri vna cum materia compositum unum substantiali; at ex hac tenus dictis patet contrarium, dicimus enim, quod positis duabus formis specificis, aut numericis in eadem materia constituantur duo diversa composita substantialia; licet enim materia sit de essentia compositi, non est tamen essentialiter necessarium, ut una materia totaliter sit vnius compositi, quia perfectio, & variatio compositi pertinet ab eius ultima perfectione, qua est forma: Ex quo patet responso ad principale argumentum, & ad confirmationem: dicendum enim est formam posteriorem non aduenire formâ priori, aut toti composite subsistenti, sed tantum ipsi materia, qua licet sit iam sufficiens satiata quod potentiam naturalem, non tamen quod potentiam obedientiam.

Obijc. quarti.

Obijcit denique: Impossibile est unam rem esse duo entia per se subsistentia; sed omnis forma substantialis constituit ens per se subsistenti, igitur nulla res potest habere plures formas substantiales.

Rsp.

Respondeo: Concedo totum, sed nihil facit contra nos, quia supponit falsum, ut superior obiectio, nec enim dicimus materiam habentem duas formas esse unam rem, sed vere duas, quia materia accipit, quod sit una res per unam formam, & quod sit duas res per duas formas. Sed dices: Materia est una numero in illo casu, ergo non potest pertinere ad duas res. Respondeo esse unam numero subiectum, non tamen terminatum; terminatur enim a duabus formis, immo vero licet materia de se sit una numero, diversificatur tamen per diuersas terminations, quas habet à forma.

Verum quia in quinta ratione pro resolutione diximus illam expulsionem formâ praecedentis præstari à forma adueniente, nunc hoc

est exactius examinandum, præsertim propter opinionem Sotis secundo Phys. ques. 4. ad 3. voluntatis illam expulsionem fieri in genere causa efficiens.

Respondeo tamen multò verius esse fieri in genere causa formalis, ita Scotus in 4. disq. 1. ques. 5. probatürque primò: Vnaque forma expellit aliam formam à suo subiecto illud informando; sed quod facit forma beneficio sue informationis, dicitur facere in genere causa formalis, ergo vnaque forma, siue substantialis, siue accidentalis expellit aliam à subiecto in genere causa formalis.

Secundo: Si expelleret efficienter, aliquid produceret, dum illam expellit, efficeret enim est aliquid producere, hoc autem quod produceret, nihil aliud esset, quam v.g. alias calor numero diuersus, sicut naturaliter darentur duo calor res solo numero diuersi in eodem subiecto, quod tamen fieri nequit naturaliter.

Tertio: Formae contrariae non possunt se compati in eodem subiecto naturaliter, v.g. calor, & frigus, ergo eo ipso quod vna informet subiectum, altera expellitur in genere causa formalis; talis enim incompossibilitas attenditur penes ipsas informationes, nam eo ipso quod calor informet subiectum, debet subiectum concurreret ad receptionem caloris, & ita debet cessare à concursu, quo conseruabat frigus, & Deus ex alia parte definiri etiam conseruare ipsum frigus, dum influis in calorem, ergo sequitur ex positione, & informatione vnius formæ calor expulso, & negatio alterius formæ, nempe frigoris: quare forma adueniens expellit praestentem ratione sua naturæ formalis, & positiva, per quam alteri est incompossibilis, scilicet quatenus informando subiectum, quasi cogit illud, vt non concurrat ad conseruandam aliam oppositam.

Obijcit Sotus: In eodem genere vna forma expellit aliam, quo vnum corpus aliud ab eodem loco: sed vnum corpus expellit aliud in genere causa efficiens, ergo &c. Item peccatum effectiu expellit gratiam, ergo à posteriori vna forma positiva expellit aliam effectiue.

Respondeo negando paritatem; Vnum enim corpus non expellit aliud à loco, vel spatio, informando ipsum locum, vel spatiū, sed potius imprimendo in illo impetum, & impulsum, quo aliud à loco expellat, & ita expellit aliud solum in genere causa efficiens, quia impellere est efficere, & agere; at vero forma expellit aliam à subiecto informando illud, id est in genere causa formalis: quomodo autem peccatum expellat gratiam, examinent Theologi, interim dico mihi probabilius nunc videri peccatum expellere gratiam demeritorie, & in genere causa moralis.

Obijcit secundo: Nisi forma expellat aliam ab eodem subiecto in genere causa efficiens, sequetur dari duas formas incompossibilis in eodem subiecto, quia vel calor expellit frigus à ligno, quando est in ligno, & ita iam calor, & frigus erit in eodem subiecto simul, & semel; vel expellit frigus, quando iam non est, & sic si non sit frigus, non potest dici, quod expellatur per calorem;

Num. 1.8.  
verisimilitus  
est expellit  
per aliud for-  
mam fieri in  
genere causa  
formalis.

Secondo.]

Tertio.

Obijc. primus.

Obijc. secundo.